HIERONYMUS
um 836/859
Seite 230v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





de qua in anteriorib; loquuti sumus tamen uitulo
quam, in ariete singula ofi offerentur in sacrificio
in agni uero non erit certus numerus nec uoluntati
dimissum arbitrium seduiribus quisitur bono con
scientiae utquantum potest nquantum uult offerat
et supomam olei hin p ofi singula ut ungeatur simil a
et lucerna accen datur inconspectu dni et qui
eo utuntur possint dicere · ego autem sicut oliua fructi
fera in domo dni · cum autem fecerit princeps sponta
neum holocaustum aut pacifica uoluntaria dno ape
ritur ei porta quae respicit ad orientem et facit
holocaustum suum et pacifica sua · sicuti fieri solet in die
sabbati et egreditur claudetur que porta postquam
exierit et agnum anniculum immaculatum facit holocaustum
cotidie dno mane et mane facit illum et sacrificium siue
manaa facit super eo mane mane in sextam partem oefi
siue mensure et de oleo tertiam partem hin ut misceat
siue iuxta simmachum aspargatur simile sacrificium
siue manaa dno · Legitimum iuge atq; pfectum facitis
agnum et sacrificium et oleum mane mane holocaustum
septenum · ubi nos legimus immaculatum et in hebraico
scriptum est thamim aquila pfectum interpretatur et ubi
LXX manaa theodotio sacrificium aquila et simmachus